

16




THESES THEOLOGICÆ  
**EX OMNIBVS  
D. THOMÆ  
PARTIBVS IN  
ACADEMIA INGOLSTA-  
DIENSI AD PVBLICAM DI-  
SPVTATIONEM ANNO M.DC.IX.  
die 4 Kal. Junij propositæ.**

*Reſpondente*

**RICARDO DATONO SOCIETATIS  
IESV SS. THEOLOGIAE  
studioſo.**



**INGOLSTADII,  
Excudebat Andreas Angermarius.**



### PRIMA THERESIS.

**S**ACRAE doctrinæ habitus Sapientia est, non Scientia, unus specie, speculationem & praxis essentialiter complectens: Deum spectat, quæ per discursum ex reuelatis principijs notescit. Reuelatorū principiorum sensus alius literalis, qui etiam potest esse multiplex; alius mysticus: Ex illo frequentius, ex hoc nonnunquam Theologica concluditur veritas.

2. Licet inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciantur, non tamē est per se notum nobis, Deum esse: Et licet esse vbiq; sit proprium Deo, multi tamen probabiliter assuerant, eum non esse in spacijs imagiariis. Hoc certū, quod sicut Scientia, qua Deus res cognoscit, facit eū illis præsentem; ita si per impossibile creaturas, quibus inexigit, non cognosceret, moraliter eis præsens non esset.

3. Impossibile est Deum videre intuitu per obiectuum imaginem propriam aut alienam. Per intentionē sanè quidem propriam & impressam videri posset intuitu Deus; Et verò talem dari posse probabile est. De facto tamē non datur, cū perfectiori modo vicem eius obeat lumen gloriae, quod visionem Dei ita attemperat, ut si æquale sit in angelico & humano intellectu, æqualis perfectionis visionem esse necesse sit. Inæqualis tamen perfectionis visiones beatorum esse, fides docet. Deus oculo corporeo videri nullo modo potest.

4. Nulla creatura cognoscit Deum comprehensiōne beatos videre aliquas creaturas per visionē beatificam, probabilitus cum D. Thom. assertur. In Deo vero est scientia comprehensiua sui, nec solum absolute futura contingentia cognoscit, sed etiā purè condicionata. Licet dicantur in Deo esse, plures tamen ideas rerum in se Deus non cognoscit.

5. In Deo est voluntas, quæ se necessariō, res alias liberē esse vult. Et sicut prouidentiam esse in eo, prædestinatio docet electorum, & fides vniuersim; ita nec eisdem electis, nec aliis causis liberis prouidentiam illam necessitatem imponere, fide tenendum est. Verē dictum est: Perditio tua Israël, tantummodo in me auxilium tuum; Osee 13. Verum etiam est, initium prædestinationis in potestate prædestinationis non esse, sicut nec eius negatio in potestate est reprobi. Obiectum omnipotentiae Dei est solum rerum existentia.

6. Certa fide tenendum, Deum voluntate antecedenti neminem destinasse ad pœnam, seu gloria priuare: quia probabile est, non eligi prædestinatos efficaciter ad gloriam ante præscientiam meritorum. Non est etiam præscientia cooperationis naturæ aut ratione simul cum collatione primæ vocationis; neq; permissione peccati est medium prædestinationis eius, cui permittritur.

7. Relatio, Persona, Suppositum in Diuinis non differunt realiter à Deitate (vt Catholicī credunt) licet personæ inter se realiter differant. Personæ diuinæ per relationes constituantur: cumq; duæ tantum sint in Deo processiones, exq; specified quodammodo distinctione, quatuor tamen relationes reales in Diuinis esse recte affertur Theologi. Illorum autem probamus sententiam, qui subsistentiam absolutam in Deo eis negant; In diuinis est prioritas originis, non causalitatis aut rationis.

8. Meritò reliqua scholastici communiter sententiam afferentem, principium for-

- formale processionum diuinarum esse solam naturam diuinam, non intellectum & voluntatem. Neq; immerito eorum opinio probatur, qui hoc principium, non intellectum & voluntatem absolutam, sed rationalem statuunt; qui etiā consequenter afferunt, terminos formales diuinarum processionum non absolutum quid, sed respectuum esse. Si à Filio non procederet Spiritus S., realiter ab eo non distingueretur.
9. Deitas relationem conceptibiliter non includit, neq; hæc illam. Dantur in Diuinis tres existentiae relating à se realiter distinctæ. Relationes non sunt propriæ modi Deitatis; sunt tamē verè perfectiones simpliciter simples. Deniq; sacro sanctum hoc Trinitatis mysterium, licet nec ratione naturali cognosci possit: nec probari evidenter positiū, sed tantum negatiū. (vt loquuntur) supernaturali tamē cognitione abstractiuā & evidenti etiam à viatore cognosci potest.
10. Angeli & Deum & se per suam substantiam cognoscunt; perfectiores angelī una specie intelligent, quæ imperfectiores pluribus. Post sunt moueri motu continuo & discreto. Probabile, etiam est, quod nullo transito medio ad extremū peruenire possint. Creati autem sunt angelī cum mundo corporo, & quidem in gratia, ad quam in instanti creationis disposerunt. Malī angelī vera & physica actione ignis torquentur.

*Ex prima secunda.*

## II.

11. Ominis est propriæ agere propter finem, & non brutum. Plures sunt vltimæ fines operis, vltus tantum operantis, que est beatitudo, ad quā formaliter summatum improbabile est Christianum saltem, peccata sua referre etiam virtualiter. Formalis autē hæc beatitudo Christiani, est actus solus intellectus lumine gloria eleuati, quo videt Deum sicuti est. Delectatio visionem consequens, fructus beatitudinis formalis est, cuius obiectum, vt amicitia est, solus est Deus; vt concupiscentia, Deus simul & visio Dei.

12. Beatus cognoscit se videre Deum per distinctam cognitionem à visione beatifica, nec potest beatus non amare Deum, sicut etiam nec venialiter peccare potest, aut amittere beatitudinem de potentia ordinaria. Perpetuitas in actu i. visioni beatificæ identificatur, non item in actu secundo. Omnes quidem adulti beati esse volunt, veram tamen & formalem beatitudinem soli illi appetunt, qui lumine supernaturali sunt instruti.

13. Voluntarium dicitur, quod est à principio intrinseco prævia cognitione. Perfectum voluntarium non reciprocatur cum libero. Omisso voluntaria, ex qua sequitur euentus: mihi nulla lege prohibitus, nō facit, vt talis euentus sit voluntarius. Quæ metu sunt, simpliciter voluntaria sunt, in voluntaria secundum quid (regulariter loquendo.) Concupiscentia minuit quidem libertatem, auget tamen voluntarium. Ignorantia antecedens causat in voluntarium simpliciter, cuius oppositum facit ignorantia subsequens, comitans neutrum facit. Cum violentiam patitur voluntas in actibus imperatis, simul etiam operatur voluntariæ.

14. Diuisio actus humani in bonū & malum, est generis in species. Diuisio moralis: in bonum & malum, est accidentis in subiecta. Moralitas actus eadem est, quæ libertas. Hæc verò est denominatio extrinseca, sumpta tanquam à forma ab omnibus prærequisitus ad hoc, vt voluntas in actu primo sit expedita ad utrumlibet: eadem est bonitas aut malitia actus interni & externi, per prius conueniens interno & intrinsecè, denominatiū tantum externo, unde extetnus actus efficaci actui interno nihil bonitatis addit &c. non datur actus indifferens in individuo.

### *Theses Theologice.*

15. Conscientia est actus intellectus conscientiam rectam præcipientem sequitur errantem invincibiliter, nō quidem sequi, sed deponere, & quamdiu manet, ei non contradicere, conscientiam invincibiliter errantem sequi ceatur. Licer sequi alterutram ex probabilibus opinionibus oppositis, si omnibus consideratis practicè probabiles sint: In dubio item iuris aut facti, probabilius est hominem non teneri semper tutoirem partem sequi.

16. Peccatum actuale dividitur in peccatum commissionis & omissionis. Probabilis videtur, nec Metaphysicè loquendo, dari puram omissionem liberam; item non peccare hominem, peccato omissionis tempore quo præceptum seruare teneatur, aut effectus externus sequitur, si tunc sui cōpos nō sit, &c. etiā si antea libera eius causa fuerit. Omne peccatum actuale contradicit legi, & privationem essentialiter includit, neq; ad peccandum prærequisitur propriè dictus error, ignorantia, aut inconsideratio: nec vllum peccatum potest esse simpliciter infinitum.

17. De fide est, dari peccatum originale. Est autē hoc formaliter moralis carentia iustitia originalis, quam ex pacto Dei initio cum Adamo debuit habere infans. Aī essentia peccati hābitualis personalis pertinet respectus seu denominatio à peccato actuali sumpta. Veniale est propriè dictum peccatum, & propriè dictam maculam causat. An possit esse in statu innocētiae, negat D. Thom. affirmat Scorus; vt erg; verē in bono sensu, posse originale cum soloveniali stare probabile est.

18. Lex naturæ essentialiter est in solo dictamine rationis: omnis alia lex præter hanc, etiam imperium voluntatis, intrinsecè inuoluit. Promulgatio est de essentia legis: non ligat, tamen lex promulgata, com munitati, duos vel tres invincibiliter cā ignorantes. Princeps plenæ in communitatē Authoritatis potest, per eloquendo, sua legē obligare populum: non acceptantem legē: potest etiam lex humana cum periculovitate aliquando ad sui obseruationem obligare. An autem possit legislator in sua lege, sine causa propriè dispensare, negant iuristæ, sed contra torrente Theologorum. Deus nos potest dispensare in lege naturæ.

19. De fide est, arbitrium nostrum nullum opus bonum posse elicere, vel necessarium, vel virile ad salutem, sine gratia Christi; item, nec posse perseverare in gratia sine speciali dono perseverantia. Est autem perseverantia formaliter, physica conseruatio gratiæ sanctificantis, connexa cum termino viae. Quod si aliqua, certè tamen nec omnia, nec magis heroicæ virtutis moralis opera, sine gratia Christi, potest homo in statu lapsi exercere, quin imò iustus ad bonum faciendum, & malum vitandum præter donum sanctificantis gratiæ, nouo insuper adiutorio gratiæ indiget;

20. Gratiam hanc actualem rectè dividunt Theologi in excitantem, adiuuantem, & subsequentem. Quod si Conciliorum & S.S. P.P. stylum spectemus, probabiliter sentiunt multi, gratiam excitantem, adiuuantem, & subsequentem non re, sed officio differre. Efficax gratia à sufficiente persolam, sufficientiam differt. At de potentia absoluta possit stare simul peccatum & gratia sanctificans, aut tolli peccatum sine physica mutatione peccatoris, aut vnu mortale sine, alio dimitti, problema est.

21. De fide est, iustos mereri bonis operibus vitam æternam. Probabilius autem sentire videntur, qui tale meritum a cibis solius virtutis moralis, acquisitæ negant, sine vlo imperio charitatis. Possunt etiam iniusti, per bona opera ex gratia facta, mereri de congruo gratiam sanctificantem. Pictati magis confona est opinio, que asserit, iustos bonis operibus, quantumvis remissis, consequi augmentum gratiæ in hac vita, & gloriæ in futura. Merita bona, & gratia tota reuulsæ in iustificato post lapsum; sed non redunt peccata iustificari, cum denuo peccat.

*Ex secunda secunde.*

## *Theses Theologicae.*

**P**ræter obiectum materiale & formale Quod, videlicet Deum ut Deum, (quicquid obiectum attributionis fidei) & auctoritatem Dei obscurè renelantis, quæ effractione formalis sub qua fidei, opus est certa propositione eiusdem obiecti, ut conditio sine qua non, regulariter creditur. Proponuntur autem veritates credenda infallibili auctoritate a Summo Pontifice, Successore D. Petri, & Vicario Christi in terris: cuius definitiones in rebus fidei sine Concilij generalis auctoritate infallibles sunt: at contra falli potest Concilium generale, illo suam auctoritatem non interponente.

**23.** Spes fertur in Deum ut summum bonum nostrum amabilem amore concupiscentiae. Charitatis obiectum formale est Deus summum bonum supernaturale propter secundum; una specie infima virtus est erga Deum, & proximum, nec intensior est in celis, quam fuit in terris, nec alia ibi & hic, charitas quippe nunquam excedit: destrui quidem per peccatum, sed minui non potest.

**24.** Iustitia pro obiecto habet iustum per aequalitatem, quod est medium rei. Alia est legalis, alia particularis, & haec alia commutativa, alia distributiva, & alia vindicativa. Sicur iudex ex scientia priuata damnare non potest innocentem, qui secundum allegata & probata innocens esse conuincitur: ita potest quem priuata scientia sit innocentem dammare; si ex allegatis & probatis mortis reus deprehenditur. Licet iuste damnato fugere etiam fractis carcerebus, & aduocato caussam minus probabilem defendere.

**25.** Religio, moralium virtutum princeps, cultum Divinum, ob excellentiam summam Deo legali quasi debito competentem, respicit. Dulja SS. voluntur, licet non sola. Votum solenne à simplici accidentaliter tantum differt: Ipsa autem solennitas voti est forma praescripta ab Ecclesia, nec est de essentia status religiosi; nec alio iure quam Ecclesiastico irritat matrimonium. In quoquis deniq; voto solenni potest iusta de causa Summus Pontifex dispensare.

**26.** Vridololatriam saperet, imagines propter se colere; ita pietatis argumentum est, SS. imagines propter prototypum colere; idq; & externo actu & interno mentis affectu, nec tantum simul cum prototypo eodem actu latrare, &c. vt inadæquatur obiectum, sed etiam ut adæquatum obiectum materiale cultu hyperduliaz, vel duliaz coliposse, ex probabiliori afferendum est.

### *Ex tertia parte.*

**A**bsconditum Incarnationis mysterium, possibile esse aut impossibile, ratione purè naturali etiam ab Angelo, demonstrari nequit; quanquam supposita fide per eius motiuā demonstrari potest, esse euidenter credibile. Verbum caro factū superabundanter pro omnibus omnium peccatis satisfecit; Valor quippe meritorum eius est infinitus simpliciter. Nec solum ex propriè dicta iustitia commutativa, sed etiam ex rigore iustitiae satisfecit pro nobis. Verè etiam sentire videntur, qui in Deo propriè dictam iustitiam, commutatiuam & distributiua esse assuerant.

**28.** Tanta fuit Incarnationis necessitas, ut nulla pura creatura, quantumvis gratia ditata, ex rigore iustitiae pro peccatis nostris satisfacere posset. Probari non debet sententia illa quæ afferit, per actum contritionis formaliter hominem iustificari. Sacris etiam literis magis consentanea videtur sententia D. Thomæ negantis, si Adam non peccasset, Verbum naturam humanam assumpturum. Nullus peccator

de condigno pro suo peccato mortali facere potest; at pro veniali etiam per afflictionem id iustus potest, &c.

29. Vno hypostatica est substantialis modus, exaliter ab humanitate Christi distinctus, huic, non Verbo existens; estq; terminus formalis actionis vnitiuæ, terminus vero totalis ex unione resultans, est persona Verbi in duabus naturis subsistens. Vno totius humanitatis cum Verbo à partialibus differt; sicut certum est anima, corpus, & sanguinem Christi Verbo unita fuisse: ita idem de alijs humoribus, unguibus, capillis, dentibus, quæ ad naturæ integritatæ spectant, probabiliter dicendum.

30. Ratio terminandi natura humanâ Christi fuit proprietas relativa Verbi, & non absolute aliquid. Nulla personalitas creata potest de potentia absoluta alicam naturam terminare; nec natura diuina id potest formaliter. Potest tamen persona quævis diuina plures naturas assumere, sicut etiam omnes simul unam naturam creata.

31. Christus ratione unionis hypostaticæ caput fuit Angelorum & hominum, & Dñs omnium creaturarum; gratiam habuit sanctificantem entitatem quidem finitam, sed moraliter infinitam. Non fuit filius adoptivus Dei, sed naturalis, de potentia absoluta fuit impeccabilis, fuerunt in eo omnes virtutes infuse, præter eas quæ imperfectionem inueniuntur; vest fides, & penitentia secundum aliquos actus. Idem de virtutibus acquisitis, & donis Spiritus S. dicendum.

32. Habuit creatam cognitionem eamq; infallibilem, de potentia absoluta. Triplex autem erat hæc cognitione, alia beatifica, quam habuit ab instanti incarnationis, alia infusa, & alia acquisita; Per primam cognitionem omnia quæ Deus scientia visionis, non tamen quæ nouit Deus scientia simplicis intelligentia, per secundam cognitionem omnes res naturales in se, ite futura contingentia, & res supernaturales creatas, quanquam nec omnes effectus possibiles, nec supernaturales omnes comprehendenter. Inter acquisitas scientias, aliam proprio studio acquisiuit, & experimentalis dicitur, aliae illi infusa sunt, &c.

33. In Christo non possunt abstracta unius naturæ de abstractis alterius prædicari, nec concreta de abstractis, aut concreta de concretis cum signo reduplicante naturam: sed rectè possunt per communicationem idiomatum concreta unius naturæ de concretis alterius prædicari. Abstracta etiam naturæ diuinæ de Christo rectè prædicantur. Dicitur homo uniuocè de Christo & nobis.

34. Anima Christi sanctissima ad omnes effectus supernaturales gratiæ & gloriæ nunc instrumentaliter concurrevit, sicut & sanctissima eius humanitas ad miracula in hac vita. Virtus autem hæc instrumentalis physica est, potentia obedientialis, id est ipsa caritas animæ aut humanitatis, &c. qua effectus loco, non verò tempore ab amba, &c. dissitos, producere potuit. Idem seruata proportione de virtute effectiva sacramentorum nouæ legis dicendum.

35. Christus non est promeritus sibi gloriam intrinsecam, nec dona habitualia gratiæ; secus est de gloria corporis, & extrinseca exaltatione ipsius, ut capit is Ecclesia triumphatis & militantis. Nobis promeritus est oīa dona gratiæ & gloriæ, nam de plenitudine eius nos oēs accepimus. Idē dic de gratia Patrib. veteris legis data. Et ex probabiliori de prima gratia Adami, & gratia & gloria Angelis communicata; meruit vero non tantum per actus consilij, sed etiam præcepti. Christus orat pro nobis oratione expressa in cœlis.

36. B. Virgo in instanti conceptionis ab originali peccato seruata est, quo instanti sanctior fuit Angelis aucto minib. quibuscumq; in consummatione gratiæ, ratione via, & p. propriū actū se disposita ad gratiā. A principio vius rationis habuit propo-

statu virginitatis, & votū ante initum matrimonium cum S. Iosepho. Nō habuit formē peccati, ne quidē in actū primo. Merita est de congruo incarnationem Christi, & maternitatis gratiam. Probabile est, eam vidisse Deum in hac vita. Ultimo actū meritorio tantam gratiam promerita est, quantum tōto tempore præcedenti habuit. In Verbo videt omnia quæ Deus scientia visionis, exceptis ijs, quæ specialiter ad Christum, & in teriores eius cogitationes spectant.

37. Sacramentū est signū ex instituto, practicū gratiae sacerdantis. Septē esse nouę legis sacramenta fides docet. oī, & singula reb. & verb. constat; & siue intentio ministri requiritur ad valorē sacramentū; ita accidentalis vel substantialis mutatio formæ, non tam ex eius intentione, quam ex ipsa significatione verborum, quam habent exprima impositione, pender, &c.

38. Probabilior est sententia, quæ docet, Sacra menta nouę legis producere physiè gratiam per modum cause instrumentalis: hæc productio fit regulariter in ultimo instanti terminante actionem sacramentalem: neq; solū gratiam sanctificatam, sed singula etiam specialem gratiam conferunt. Circumcisio in veteri lege fuit utilis & necessaria in infantib. ad iustificationem, ad eam verò adultis actus perfectæ contritionis etiam cum circumcisione erat necessarius.

39. Baptismus ad spiritualem regenerationem fidelium, ante passionem Christi institutus est; non est validus in nomine solius Christi collatus, & ex probabilitori, sub alia forma non valer, quam illa, In nomine patris, & filii, &c. est medium necessarium ad salutem, saltem in voto, recedente fictione redeunt omnes effectus baptismi. Sola voluntas moriendi pro Christo secuto effectu, suppleret vicem baptismi, etiam quo ad effectum eius adā quatum.

40. Eucaristia præcipuum nouę legis Sacramentū est specie vnum, imd & numero, etiamsi diuersę species simul sumantur. Non est necessarium in voto necessitate medij. Institutum esse nocte cœnæ Dominice fides docet, & probabilior sententia 34. xatatis Christi Anno inchoato. Vna species potest validè consecrari sine alia, sed non licet, per se loquendo, etiam ex dispensatione Pontificis, ut ex probabilitori docetur.

41. Materia Eucaristiae est panis ex tritico & similibus granis ex quibus fit panis vñus, consecratus, & vinum ex maturis vitium vñus expreßum, debet esse prælens co-sacranti, & determinata, non ira tamen, quin, per scloquendo, quantumvis magna materia sacerdos consecrare possit. Mixtio aquæ vino non est de necessitate sacramenti, sed præcepti, & ut probabilius est, diuinæ. Quod si aqua vertatur in vñu ante consecrationem inchoatam vel finitam, vertitur in sanguinem; sicut dicendum, si post consecrationem vertatur in vnum.

42. Præsencia corporis Christi sub speciebus est verè realis modus, in nullo prædicamento directè ponitur, sed partim ad predicamentum Vbi, & partim ad Habitum reducitur. Præter dictū modū est vnio effectiva inter corpus Christi & species. Non pender præsencia sacramentalis ex natura rei à naturali præsentia. Terminus formalis træsubstancialis est corpus ipsū Christi quasi conseruatum. Porro Christus est totus sub tota specie, & sub quavis parte, imd sub indivisibilibus. Neq; ab alterius beati oculo videri potest sub speciebus existens, sicut est de oculo ipsius Christi.

43. Christus fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech ratione sacrificij in-cruenti propriè, non item ratiōne sacrificij cruentī. Illud autē in-cruentum in missa offerri fides docet. Res oblata in sacrificio missæ tria hæc videlicet panis & vini substantia, species, & corpus &c. Christi, intrinsecè continet. Totam etiam essentiam actionis-

actionis sacrificatiue huius, in sola consecratione sitam esse probabilior censet opinio. Multos habet effectus, sed paucam temporalem ex opere operato, & infallibiliter remittit non ponenti obicem.

44. Probabilius videtur, Pœnitentiam habitum esse iustitię velut commutatiue erga Deum, distinctum ab aliis omnibus virtutibus, qui & ius Dei in omni materia illæsum seruer, & laſsum aliquo modo cōpensare nitatur; non tamen est iustitia simpliciter, sed secundum quid. Preceptuus actus Pœnitentia est de re statio peccati, que essentialiter est contritio. Derestatio tamen ex solo motu formalis pœnitentia non sufficit, vt ultima dispositio ad tollendum peccatum, secus est de contritione ex motu charitatis, saltem de necessitate mediij loquendo..

45. Sacramentum pœnitentia est necessarium medium ad salutem, lapsis in mortale post baptismum. In hoc sacramento per potestatem remittendi peccata, que ordinis simul & iurisdictionis est, culpa & poena æterna remittitur; & quandoque tota temporalis poena, (quod etiam extra Sacramentum fieri contingit aliquando per contritionem.) Huius materia remota sunt peccata omnia personalia post baptismum commissa proxima, contricio, confessio, & satisfactio, quarum prima est res & Sacramentum simul, ultima est tantum pars integralis, non essentialis.

46. Forma huius Sacramenti his verbis continetur (Absoluo te) que ut valida sit, voce proferri debet, & quanquam confessio fieri potest absenti, absolutione tamē praesentia validè communicari potest. Probabile est, dari posse hoc sacramentum infotime & validū, item venialia peccata de quibus habetur supernaturalis attritio, iustis per hoc sacramentum nunquam dimitti. Formalis integritas confessionis sufficit aliquando, & semper necessaria est. Denique confessionis sigillum neq; ob vitæ autem reip. coarseruationem, aut aliam ullam ob causam violare licet..

47. Satisfactio, ut pars Sacramenti est, habet effectum ex opere operato; Ad satisfaciendum status vita & gratia requiritur, potest nihilominus quis satis pati extraviam, & probabile est pœnitentiam in statu peccati factam, ratione effectus reliqui, posse esse satisfactoriam, redempte proximenter in statum gratiae. Sicut Sacerdos pœnitentia regulariter imponere tenet & pœnitens obligatur imposita acceptare.

48. Orthodoxa est veritas, potestatem concedendi indulgentias in Ecclesia esse: haec penes solum Summum Pontificem iure Diuino manet, per consecrationem plenariae indulgentiarum tollitur omnis obligatio satisfactionis Sacramentalis, ut vindicativa est, non ut medicinalis. Thesaurus Ecclesiæ, qui confusat satisfactionibus Christi & SS. sacrificium missæ, Sacramenta, & indulgentias dispensatur fidelibus, annuquam ramentum exhaustiri potest.

49. Defide est, dari in Ecclesia, ex institutione diuina, ministros habentes potestarem ipsi collatam per Sacramentum Ordinis. Episcopatus non solum est officio & dignitate à Sacerdotio distinotus ordo, quod iure diuino certum est, sed etiam essentialiter. In Eccles. Hierarchia octo sunt ordines essentialiter distingui, qui tamen unum constituant Sacramentum unitate ordinis, quanquam & singuli Ordines verum Sacramentum sint, & characterem imprimant.

50. Matrimonium septimum nouæ legis Sacramentum materia cōstat & forma, contra d<sup>o</sup> matrimonij cōditionatus nō transit in matrimonii impleta conditione, nisi renouetur. Matrimonii ratu tum p. professione religiosā; tūp. dispensationē Summi P̄oficiis soluit. Metu contra dū, etiam iumento firmatu, non est validum. Presidia parochi ad valorem quidem pertinet, sed non est de essentia matrimonij.

*Ad maiorem Dei Deiparaq; gloriam.*

C V M F A C U L T A T E S V P E R I O R V M.